



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 3. 4. Requiritur-ne ad præsentiam moralem, quod sacerdos videat materiam consecrandam?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

& advertentiam de illius præsentia. v. g. Si Hostia sit super Altare propè Sacerdotem, est illi physicè præsens, sive Sacerdos advertat, sive non; quòd si advertat adesse Hostiam, tunc Hostia censetur esse præsens moraliter.

Hoc supposito, certum est, requiri ad validitatem Sacramenti, quòd Hostia sit præsens moraliter, id est quod nimis non distet à consecrante, & quod advertat esse præsentem advertentiâ actuali, aut virtuali. Ratio est quia demonstrativa pronomina, hoc, & hic, ostendunt necesse esse, ut res præsens cognoscatur ab illo, qui eam demonstrat; hoc autem dicitur esse moraliter præsens.

Quæst. 3. Requiritur-ne ad præsentiam moralem, quòd Sacerdos videat materiam consecrandam?

Resp. Hoc non est necesse, cum materia possit censi moraliter præsens, licèt à Sacerdote minimè videatur; ut cum vult consecrare centum particulas in Pixide, non potest omnes & singulas videre, quamvis sint moraliter præsentis; sicut etiam Sacerdos cæcus, qui teneat præ manibus Hostiam, aut coram se haberet, utique consecrare posset, licèt Hostiam non videret.

Quæst. 4. Possunt-ne consecrari particulae in vase operto seu clauso?

Resp. Possunt validè consecrari, cum censeantur sufficienter præsentis; attamen, ut habetur in Rubricis Missalis: *Si adsit vas cum aliis Hostiis consecrandis, antequam accipiat Hostiam, discooperit manu dextera Calicem seu vas aliarum Hostiarum.*

Quæst. 5. Materia consecrationis debet-ne necessariò determinari ab intentione Ministrantis?

Resp. Juxta Rubricas Missalis, De Defecti-